



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

25 fertur, q̄ t̄cū Nicolaus nunc appellādo ad Papam ab intimatione sibi facta de literis exequutorialib. à præfato Io. obtentis elegerit super hac cā etiam in meritis causā coram Papa litigare, danda est illi congrua dilatio fm̄ locorum distantiam iuxta c. cum sit de appell. ad producendum instrumentum primæ appellationis, & statuta ecclesiæ, & infra receptionum suarum, & alia ad causam faciētia iuxta. l. i. vbi plenē. C. de dilat. c. cum longē. 63. dist. & c. vbi cūque. 24. q. 2. alioquin posset appellari à dēnegata dilatione, & defensione, qm̄ defensio in dilationibus quoque consistit. arg. l. non tantum. ff. de appell. Hæc mihi nunc in hac causā succurrerunt, remittēdo me in reliquis ad ea, quæ clarissimus vir dictus do. Nicolaus olim discipulus meus doctissimē scripsit. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Inter canonicos eiusdē ecclesiæ ille alteri in actibus capitularibus est preferendus, qui prior ad canonicatum receptus fuit.
- 2 Canonici administrationem non habent.
- 3 Ordo inter canonicos quoad effectum praelationis, & præcedentiæ non attenditur: & quid attendatur.
- 4 Canonicus ad canonicatum receptus non desinit esse canonicus, vel non dicitur nudus canonicus, nec sibi quoad alios post eum receptos in præcedentiæ, & praelatione præiudicat ex eo, quod post illius receptionem sedes apostolica de eius consensu nomē, locum, & stallum in choro alteri reservauit; & quid hæc reservatio operetur.
- 5 Donatio si facta sit alicui reservato usufructu, quid illa usufructus reservatio operetur.

E P I T O M E.

PRÆCEDENTIA, & Praelatio inter canonicos attenditur fm̄ tempus receptionis ad canonicatum, quous post receptionem quoad illū canonicatum reservatio nomē, loci, & stalli in choro de consensu recepti per sedem Apostolicam alteri cum regressu facta fuerit.

C O N S I L I V M V I I I.

DILIGENTER inspectis scripturis, & allegationibus super causā præcedentiæ inter R. do. Frācisum Fossam ex vna, & R. do. Ioannem Parolariū cōcanonicos ecclesiæ cathedrali Regienſis ex alia coram Reuerend. do. Ep̄ scopo dictæ ecclesiæ vertente, Visisq; literis ipsius do. Ep̄scopi, quibus, omiſſa cā possessionis, petit solum super articulo petitorij iuxta rei veritatē breuiter informari, ac certissimi, non ignarus verbi do. dicētis, Ego sum via, veritas, & vita. c. si consuetudinē. 8. dist. & Eſdræ lib. 2. c. 9. attestantis veritatem vincere, ualere, & inualescere, & in eternum uiuere, ac obtinere. c. consuetudo. ead. dist. idcirco in presenti negotio solā ueritatem considerando, uenio in illorum sententiā, qui ad fauorem do. Francisci Fossæ responderunt, cū ipsi prius de canonicatu in dicta ecclesia Regiensi per sedem Apostolicam fuerit prouisum, & is prius quasi possessionem canonicatus fuerit adeptus, & à capitulo dictæ ecclesiæ ad chorum, & stallum, ac ad alios actus capitulares receptus: qm̄ t̄ inter canonicos eiusdē ecclesiæ ille alteri in stando, eundo, subscribendo, ac in alijs actibus capitularibus est preferendus, q̄ prior ad canonicatum receptus fuit, cū non rōne administrationis, t̄ quā canonici non hnt Io. And. Ant. & Abb. in c. si ne cler. uel mon. & scri. post gl. in c. præfenti. de off. ord. in 6. nec rōne honoris ordinis, qui in alijs dignitatibus ecclesiasticis consideratur. c. statumus. extra de maio. & obed. effectus iste praelationis inducatur, quia t̄ ordo, seu honor ordinis inter canonicos quoad hunc effectum non attenditur, sed simplex temporis prerogatiua, ut uolunt Inn. Io. An. do. Ant. Abb. Henricus Boic, & Fel. i. d. c. statumus, & sic

t̄ps, quo quis ad canonicatū fuit receptus, hoc operatur, ut is, q̄ prior fuit, maior habeatur. c. i. de maio. & obed. & in iure is potior sit censendus, qui prior tempore fuerit. c. ult. 75. dist. & ff. & C. q̄ potio. in pig. hab. c. qui prior. de reg. iur. in 6. qui text. exemplificat Et in duobus canonicis eiusdē ecclesiæ, ut is alteri in sessionibus, subscriptionib. & in alijs, hmoi præferatur, qui est quo ad actū receptionis antiquior. c. si. 17. dist. l. i. C. de præse. præter. lib. 12. c. cum olim. & ibi gl. extra de consue. l. 1. 2. & 3. ff. de albo scri. & est optimus text. in l. i. in fi. C. præpo. sacri cubic. lib. 12. immo non debet esse in consideratione t̄ps, quo dignitatis administratione defertur, sed t̄ps, quo prius delata fuit dignitas. l. sancimus. C. de cōsulib. l. 12. & ibi in l. i. & idcō si inter canonicos eiusdē ecclesiæ q̄ super præcedentiā oriatur, is preferendus erit, qui prius ad canonicatum receptus fuit, ut scribentes ferē oēs uoluerunt, in d. c. statumus. quorum opinio est magis recepta, ut attestatur ibi Fel. fidelis relator, quicquid dixerit Host. ibi per illum text. & in sum. de maio. & obed. in §. in quibus. col. 2. In hoc igitur cum habeamus cōmunem doct. canonicarum sententiam, ulterius nō est querendum. arg. eorum, quæ dixerunt Io. And. & ceteri canonistæ. in c. i. circa fi. c. de cōsti. & facit ad hæc text. in c. si de cōsue. in 6. c. duobus. de rescrip. eo. lib. c. mādatur. c. literis. & c. abbate. de rescrip. c. dudū, il. i. ibiq; Abb. in not. extra de elect. ¶ Nec do. Franciscus uidetur obesse, q̄ post illius receptionē ad canonicatum sedes Apostolica de ipsius do. Francisci consensu referuauerit do. Baptista eius patruo nomē, locum, & stallum in choro cum regressu & c. ex qua reservatione do. Franciscus uidetur factus nudus canonicus, & quolibet iure canonicatus priuatus, uiuente do. Baptista, ergo illi do. Ioannes, cui plene ab eadem sede Apostolica de canonicatu prouisum fuerat, debuit præferri. arg. l. 2. §. i. cum seq. & ibi Bart. ff. de dec. quia respōdetur, t̄ q̄ ex dicta reservatione fructū regressu ad fauorem do. Baptiste facta nihil ad præiudicium ipsius do. Francisci potuit dici do. Ioanni Parolario esse quæsitum. nam res inter alios acta tertio nec nocere, nec prodesse pōt. c. quamuis. de re iud. & c. inter dilectos. de fi. infr. & idcirco do. Frācisus pōt. do. Ioanni dicere, quoad te liberās aedes habeo. l. loci corpus. §. cōpetit. in fi. ver. si seru. vñ. & l. fi. C. de rei uñd. Præterea per reservationem fructū, & aliorum emolumentorū do. Baptista facta do. Franciscus non desinit esse canonicus, nec habere illa oia, quæ de iure ad canonicum iure proprietatis spectāt, cū per dictā reservationem do. Baptista solū effectus fuerit usufructuarius canonicatus, & præbendæ, & hac de cā potuerit dici naturalis possessio illi acquisita: at do. Franciscus tanq̄ proprietarius habēdus erat, penes quem cū nilis possessio remāſſet, ut dē de illo, qui rē alicui donat, reservato usufructu. nam per eā reservationē dicitur factus usufructuarius, & naturalē tñ possessionē habere, alius aut dicitur proprietarius, & ciuile habere possessionē. l. quisquis, & si quis argētū. §. si quidē. C. de dona. iuncta l. naturaliter. in prin. ff. de acq. poss. Bar. post gl. in l. 3. §. ex contrario. ff. eo. tit. & faciūt ea, quæ ipse Bar. posuit, in l. si. ff. ut possid. & per obitum præfati do. Baptiste illico, & ipso iure facta fuit consolidatio oīum tam naturalis possessionis, q̄ usufructus in personā do. Francisci. Abb. in c. cū uenissent. col. 2. ver. vlt. Iducitur ex. de rest. spo. & Bal. in l. 2. q. 46. col. 5. ff. de rer. diui. Nec aduersatur text. in l. 2. §. i. ff. de decurionib. & in c. ex insinuatione. de simo. ubi restitutus nō primum locum, quo priuatus fuit, sed nouum adipiscitur, quia illa iura loquuntur, quando quis ratione criminis loco suo penitus perpetuo, vel ad tempus priuatus fuisset, quod quidē nō contingit in casu de

de quo agitur, quia Do. Franciscus non rōne delicti fuit naturali possessio, seu fructibus bñficij priuatus, sed tantum uoluntate sua occurrente dispositione se dis Apostolica, ex qua fructuum separatione, vti iam dixi, non desijt esse canonicus, nec iura canonicatus habere, nisi quatenus consensit, uidelicet quoad fructus tñ, & alias obuentiones canonicatus: Ex quibus & pluribus alijs, quæ adducere potuissim, si aduersa ualitudine in pñtia non opprimeret, mihi de iure uerius esse vñ, q̄ Do. Franciscum in actibus ad canonicos pñtibus sit ipsi Do. Ioanni præferendus, saluo tñ semper integerrimo iudicio præfati Reuerendiss. Dom. Episcopi, cui me plurimum commendo. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Eligendi potestas uni competens ad alium non deuoluitur, nisi data negligentia prioris, qui infra tempus à iure statutum non elegerit.
- 2 Præbenda canonicatui unita censetur esse quid indiuiduum, & cōnexum cum canonica, & quid spirituale, sicut canonica indicatur.
- 3 Præbenda tantum optata, etiam canonica censetur optata, quando illi præbenda est annexa. & num. 6.
- 4 Dispositio cum coniungit non principaliter, sed accessorie.
- 5 Statutum in materia exorbitanti, & contra regulas iuris communis debet intelligi in casu, in quo loquitur, & non in alio.

E P I T O M E.

STANTE statuto ecclesiæ, q̄ antiquior canonicus possit infra decem dies optare canonicatum, & præbendam, seu canonicatum cum præbenda, si præbenda sit annexa canonice, canonicus antiquior infra tēpus statuti optando præbendam tantum ualide, iuxta dispositionem statuti optauit, ceterisq; præferit, qui et ante illum canonicatū, & præbendam candē optassent.

CONSILIUM IX.

- S**TANTE statuto ecclesiæ Augustensis, & optione facta per venerabilem D. Petrum de canonicatū, & præbenda sub titulo S. Nicolai, Dubitatur, utrum ipse D. Petrus, qui prius dictum canonicatum, & præbendam optauit, præferendus sit Do. Ludouico antiquiori canonico, qui exposit facto, infra tempus tamen datum à statuto, optauit, an uerò e contra: Et vñ dicendum, q̄ Do. Ludouicus sit admittendus, & præferendus in optando, tum quia est antiquior, tum quia infra tempus de bitū, & à statuto assignatū optauit, ergo t̄ prior optio facta per Do. Petrum non debuit illi nocere, quia D. Petrus debuit expectare lapsum decendij à statuto assignati, & ante optando nihil fecit, nec potuit præiudicare D. Ludouico antiquiori canonico, qui in optando negligens nō fuit. c. nulla. c. quia diuersitatem. de concess. præb. & c. licet. cum seq. & seq. de suppl. negli. præl. cū, ubi dñ, pñas deuoluatur ad alium, data negligentia prioris, qui infra tempus à iure statutū non elegit, & non aliter. Nec obstat, q̄ D. Ludouicus simpliciter præbendam non optauerit, & non canonicatum, & statuti exposcit utrunq; debere optari, quia respondetur, q̄ præsupposito fm ea, quæ mihi in facto proponuntur, q̄ præbenda sit unica canonicatui, ut quia in ecclesia sit taxatus certus numerus canonicorum, & quælibet canonica suam habeat præbendam annexam, quo casu præbenda censetur esse quid indiuiduum, & connexum cum canonica, & indicatur quid spirituale, sicut ipsa canonica. c. dilecto. de præb. seq. q̄ non refert, an quis optauerit canonicatū de per se, an præbendam de per se, an uerò utrunque, qm̄ t̄ optando præbendam tñ censetur et optare canonicatum, & e contra rōne indiuiduitatis, & connexionis. arg. d. c. dilecto. & eius, quod dñ de illo, qui pro parte tñ haretatem adit, qui dñ esse hæres in totum rōne indiuiduitatis, cum iura abhorreant, quem decedere pro

parte testatum, & pro parte intestatum. l. unica. cum ibi plenè not. C. quando non peten. par. l. r. & 2. & l. qui ex duabus. in fi. ff. de acqu. har. cum sim. ibi alleg. Vnum. n. corpus indiuiduum censetur præbenda, & canonica in casu nostro, in quo præbenda est canonice annexa. d. c. dilecto. ergo quis partem habere non potest, quin totum habeat. ¶ Ex opposito autem, q̄ Do. Petrus sit præferendus, nec optio facta à Do. Ludouico attendi debeat, facit, quia statutum à Papa confirmatum copulatiuè, & sæpius repetendo requirit, q̄ antiquior canonicus optet canonicatum, & præbendam, ergo non sufficit optare solam præbendam, quia de natura copulatiua, seu orationis copulata est, requirere cōcursum utriusq; partis, adeo q̄ ad illius ueritatem alteram partem tñ adimplere non sufficiat. l. si is, qui ducenta. §. cum ita. ff. de reb. dub. & l. si quis ita. ff. de uerb. obli. Præterea statutum, ac et confirmatio Apostolica exposcūt, ut antiquior canonicus prius & principaliter optet canonicatum, & accessorie præbendam, ut patet ex illis uerbis canonicatum cū præbenda & c. nam t̄ dictio cum coniungit non principaliter, sed accessorie. l. 1. 2. & 3. ff. de pecul. lega. & §. sed si quis. in fin. de leg. satis igitur non erit præbendam simpliciter optare, qm̄ t̄ cum sumus in materia exorbitanti, & cōtra regulas iuris cōis, statutum illud debet intelligi in casu, in quo loquitur, & non in alio, ut uoluit Cald. in consi. suo 5. & 7. sub tit. de consue. sed statutum expresse disponit, q̄ antiquior canonicus possit optare canonicatum, & præbendam, seu cum præbenda, & de forma illius esse vñ, q̄ canonicatus, & præbenda copulatiuè optari debeat, ut supra, ergo locum non habebit, qm̄ præbendam simpliciter optaret, nam forma statuti est seruanda. c. cum dilecta. & ibi omnes, maximè Moder. extra de resc. ¶ His tamen non obstantibus magis inclino in primam partē, q̄ præferendus sit D. Ludo. qui infra tps sibi à statuto assignatū optauit, primò p̄ rōnes supra in primo loco allegatas, nec non ex eo, q̄ optio facta à Do. Petro, qui pendente ad huc tpe decem dierum prefixo D. Ludou. antiquiori canonico optauit, fuit nulla, & fieri non potuit ad p̄iudicium antiquioris canonici, cui ius optandi erat acquisitum. arg. c. decernimus. 16. q. 7. & c. 2. de suppl. neglig. præla. ibi extūc tibi liceat, & c. Nec obstant ad ducta pro parte Do. Petri, quia ex dictis supra colligis responsio, t̄ nam cū præbenda sit annexa canonice, utiq; optando præbendam dñ rōne cōnexionis canonicatū optasse. arg. d. c. dilecto. & l. qui patri. cum ibi not. ff. de acqu. her. & qui uult consequens, niderit uelle antecedens necessarium, & connexum. l. illud. & ibi gl. & Doct. ff. coti. de acqu. here. Sed tamen id rectius sentientibus cogitandum relinquo, nam ego de sententia mea simpliciter requisitus, hæc in presentia breuiter magis de iure esse existimauit. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Optatio præbende iuxta consuetudinem, seu statutum ecclesiæ locum non habet, quando Papa alicui etiam ad illius petitionem prouidet de præbenda cum speciali clausula derogatoria dicti statuti, seu consuetudinis. & num. 6.
- 2 Idem, si Papa præbendam uacaturam, siue generaliter, siue specialiter, & ad petitionem alicuius sibi reueruasset. & num. 5.
- 3 Ad præbendam habentem annexum ordinem sacerdotalem, seu ab eo dependentem admittitur is solum, qui est in ordine sacerdotali constitutus.
- 4 De connexis præbenda idem indicatur, quod de ipsa principali præbenda.
- 6 Optandi ius cessat, quando Papa motu proprio facit alicui gratiam super præbenda, & canonicatu uacaturis, uel quando specialiter derogat statuto, seu consuetudini ecclesiæ de optatione loquentibus.

ΕΡΓΟΜΕ habetur supra in summ. sub num. 1. & 2.

c 4 CON-